

Psallus Fallenii REUT.

Pag. 131, infra lineam 12, supra, *adde*: Tab. VI, fig. 7. Figura haec optima non *Psallum Salicis* KIRSCHB., mihi, p. 129, 24, sed varietatem *Ps. Falléni* (rosei olim), sat vulgarem representat.

Lin. 17, infra, *lege*: *Lygaeus roseus* FABR., Syst. Rh. 238, 178 (dubiose, non autem Gen. Ins.). FALL., Hem. Sv. 101, 47, partim. — Lin. 20, supra, *adde*: *Psallus salicis* FIEB., Eur. Hem. 307, 6.

Lin. 7, 6 et 5, infra, *deletur*. *Lege*:

Var. γ: Ut *var. α*, sed hemielytris basi cunei excepta unicoloribus rufoferrugineis, capite punctis nigris biseriatis, pronoto punctis sparsis laterum, serie transversali disci media et plerumque alia marginis basalis punctorum nigrorum notato; scutello interdum medio vitta albida.

Syn.: *Psallus salicis* FIEB., Eur. Hem. 307, 6. DOUGL. et Sc., Br. Hem. 414, 5 (partim)! *Psallus salicis* REUT., Hem. Gymn. Eur. I, Tab. VI, fig. 7 nec decriptio, p. 129, 24.

Obs. Non est *salicis* KIRSCHB., cujus vertex multo latior describitur.

Psallus pinicola REUT., p. 132, lin. 12, infra, *legitur*: (verisimiliter), *deletur*. Certe est *Ps. roseus* FIEB. (nec KIRSCHB. nec FALL. nec FABR.). Lin. 9, infra, *adde*: *Halicia* (Angielow), D. Dr. v. HORVATH.

Psallus vitellinus SCHOLTZ, p. 137, lin. 15, infra, *adde*: Dania!, D. SCHLICK; Hungaria, D. Prof. MAYR.

Psallus varians (MEY.) H. SCH., p. 138, lin. 21, supra, *adde*: *Capsus mutabilis* THOMS., Op. ent. IV, 447, 98, sec. spec. typ. (vix FALL.).

Psallus mollis M. et R., p. 140, lin. 9, supra, *adde*: *hab.* in *Quercu subere* (Hyères!), D. MEYER-DUER.

Psallus diminutus KIRSCHB., p. 141, lin. 8, supra, *adde*: Austria inferior!, D. Löw.
Infra hanc speciem *adde*:

Psallus pallidus REUT.

Diagn.: Pallide flavens, parum nitidus, capite callis pronoti scutelloque paullo saturatius coloratis; supra pilis fragilibus subtilibus albicantibus, longius nigropilosus; hemielytris omnino unicoloribus, cuneo nec saturatius picto nec basi pallidiore, membrana sub-hyalina, innotata, venis areolisque pallide flaventibus; femoribus supra apice atomis nonnullis minutis punctisque 2—3 marginalibus, subtus atomis sat paucis, posticis adhuc punctis marginis inferioris serieque obliqua ante-apicali punctorum 3—4 nigris; tibiis spinulis sat longis nigris e punctis nigris nascentibus; antennis articulo secundo margini basali pronoti aequae longo (♀); vertice oculo circiter $2\frac{2}{3}$ latiore (♀). Long. ♀ $3\frac{1}{2}$ — $3\frac{2}{3}$ mm.